



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Lævini Torrentini, Episcopi Antverpiensis, Poemata Sacra

Torrentius, Laevinus

[S.I.], 1594

Lævini Torrentii In Lavdem Baltasaris Gerardi. Fortissimi Tyranniciadæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69329](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-69329)

Cum DIs resistunt est hominum labor,
 Sed fausta, sed laudanda per quæ
 Impietas prohibetur arma.
 Tu vero iniquos iusto odio premens,
 Tantiqz Regis munera sustinens
 Romane Alexander, nec illo
 Inferior qui, Asiam Pelasge
 Quod iunxit oræ, creditus hunc ferox
 Viciisse mundum, optauit & alterum
 Confide. Qui Regem tuetur
 Te simul ut tueatur equum est.
 Nec te monendo præteritam velim
 Anuersa. Cessas ab nimium diu.
 Ni pœnitet, quæ bis peristi,
 Mox iterum, at grauius, peribis.
 Sed fallat omen. Tu modo tu sape,
 Locum antè spretis dans melioribus,
 His crede. Magna est ira Regis,
 Maior erit pietas parentis.

LÆVINI TORRENTII
 IN LAVDEM BALTASARIS
 GERARDI, FORTISSIMI
 TYRANNICIDÆ.

VID Phœbe cessas? arripe barbiton,
 Intende nervos, præcine carmina,
 Quæ tibiis, quæ voce molli
 Aonia recinant puella.
 Non parua res est, non humili modo
 Tentanda, pœnas dicere debitas
 Soluisse sese vendicantem
 Excidio patriæ tyrannum,
 Quo nullus unquam sauior exitit,
 Occultiorne, atque inde nocentior.
 Tranisa denites, apertum est

Exitium

Exitium simulata virtus.

Hac nixus arte ut non alius magis

Guillelmus ille Orangius, ah pudeat

Narrare quot qualesq; quanta

Impulerit populos ruina.

Quid orbe toto illustrius eminet

Quam Galliae fama inclita Belgicæ?

Hanc perdidit, vertitq; laudem

Dedecore, opprobrio, pudore.

Nec verò abactas conqueror hic opes,

Vastos nec agros, vasta nec oppida,

Non coniuges ad stupraria raptas

Cum pueris simul, & puellis.

Cades, rapina, incendia quid nisi

Ludus cruenti Martis? Et hæc quidem,

Necessitas ut dura iussit,

Iam tulimus, ferimusq; ferri

Qua mente debent, (quippe homines sumus,

Humana nec fas effugere est mala)

Maiora sed lugemus orta

Vnius impietate damna.

Cen dirus anguis qui gremio latens,

Tellusq; fallax insidias mouens

Inuadere ingentem Philippum

E latebris meditans dolosis,

Sperare lætum cœpit ubi exitum,

Effrenis, audax, improbus, insolens,

Legumq; contemptor, verendum

In domini caput immerentis

Contorta vertit cornua, & in dies

(Ut fit proteruis cum perierit pudor)

Maiore succensus furore,

Cælo etiam Superisq; bellum

Intendit atrox. O miserum genus

Humanum, ut uni tot liceant mala

Impune, tot grassatus annos

Et dominum & patriam nefandis
 Dinxerat armis, commoda publica
 Verrat rapinis, otia distrahat,
 Condemnet omnes, ipse mæchus,
 Sacrilegus, violentus, exlex.
 Cur templo Diuum deiicit ardua,
 Euerit aras, frangit imagines
 Ac signa, quæ nos usque nostra
 Esse iubent memores salutis?
 Peiora dicam, & quæ magis attinent.
 Cur damnat illam quam colimus Crucem,
 Mortisq; deuictæ tropæum
 Mente mala furiatus odit?
 Est his quod addam, dum sceleri scelus
 Innectit. Ipsum cur adytis Deum
 Sub pane sacrato latentem,
 Vitigeno & medium liquore
 Exturbat amens? Heu nimium ferox,
Quò tendis ultra? Sat vitiis datum.
Quo tendis? Eheu, parce. Tanto
 Nil reliquum, ô miser, est furori.
 Fortuna summo te statuit gradu.
 Compone mentem, vel Nemesin caue.
 Irata momento pudendam
 Precipitem dabit in ruinam.
 Nec quare possit quo fieri modo.
 Iannilli id olim tè docuit manus.
 Nunc astat alter, qui peremptum
 Sternat humi meliore dextra.
 An fallor? Audire en strepitum pedum,
 Et cernere ictus mi videor graues.
 Eia euge persa, stringe ferrum.
 Cum timido tibores latrone.
 Vicisti, ô ingens Sequanica decus
 Perenne gentis, maxime Baltasar
 Gerarde, vicisti, nec ullo

Inferior

Inferior tua laus triumpho est.
 Tot functus olim namque laboribus
 Quid tam notandum præstitit Hercules?
 Maiore quam portenta fructu
 Mortiferi pereunt tyranni.
 Sed summa quamuis hinc tibi gloria,
 Est quod stupescat posteritas magis,
 Constantia, inuictæq; mentis
 Ferrea vis, animiq; robur.
 Tu nempe tantum cum facinus volens
 Lubensq; fausto aggressus es omne,
 Non plausibus, vanaq; ductus
 Gloriola popularis auræ,
 Sed laude pura, nec sine Nume,
 Non nesciebas qua tibi Barbari
 Tormenta deprensō pararent
 Carnifices. Sed & illa temnens,
 Vnamq; virtutem ante oculos habens,
 Et regna Christi, & gaudia Calitum,
 Vi clarus oppresso tyranno,
 Sic stabilis ratione victo
 Mox temetipso clarius, horridis
 Non te moueri suppliciis sinis.
 Stat lictor intentans securis,
 Verberaq;, & gladios, & ignes,
 Vnguesq;, & uncos, pluraq; non prius
 Audita pœnarum & genera & modos
 Quæ dicta (nendum visa) honesto
 Ingenuum moueant ruborem.
 At tu irretorta singula perferens
 Ceruice, mentemq; indomitam gerens,
 Non voce testatus dolorem,
 Non gemitu, sed in astra vultus
 Figens viriles, nec timidus mori,
 Morte inferendus Calicolum choris,
 Eterno ab omni labore puram.

Reddis

Reddis ouans animam parenti.
 O experendum fortibus & bonis,
 O gloriosum supplicij genus!
Quot intulit tormenta tortor,
 Tot capiti posuit coronas,
Quas nec malignæ decutiant nines,
 Nec densus imber, nec niger Africæ.
 Mansura sunt quæcunque largæ
 Dat meritis Deus ipse dextra.
Inuiete salue, salue iterum, meis
 Dicende chartis. Sed tamen hæc tua
 Pars quanta landis? Tute nostra
 Tu decus & columen Camenæ.
At vos Bataui, talia quos iuuant
 Spectacula, fusis atra cruxibus,
 Pro sante dum mactatur insens,
 Lausq; odio, scelus est honori,
Ne cæcus error præcipites agat,
 Audite vera & discite nomina.
 Rex ille quem spremistis, ille
 Quem colitis meritus est tyrannus.
 Nec qui tyrannum sustulerit reum
 Sontemq; duci conuenit, at pius
 Sanctumq; consecrare fastis
 Cum titulo patriæ parentis.
An prisca forte ad vos feritas redit,
 Gaudetq; mores fingere Barbaros?
 Hæc insta spreti pœna Regis.
 Jam sapite, aut grauiora restant.

F I N I S.